

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Inimicicia g
cum uariis

Vbi amicicia permanet, nichil facile creditur, nichil facile recipitur, quod discidium possit operari. Si uero inimicicie semel occupauerint animos, omnia que fiunt, que dicuntur, ita accipiuntur, et ita intelliguntur, ut ad maiores et longiores proficiant inimicicias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur. Si quid autem mali, hoc solum creditur et confirmatur.

Crisostomus in libro de compunctione cordis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quod] quo P V¹ V² L¹ L²; si] sic P V¹; ita *om.* P V¹ V² L¹ L²